

In sacerdotes Inscriptio

Georgius Symler Lectoribus fœlicitatem.

Cogitādo iam olīm in eoīpsō fui ingenuē lector, quo-
nam pacto efficerē, ne clericuli quidā nostri tēporis:
(non sine sua grauiā iactura) tam perdite tempus absu-
merent, atq; idīpm poetē nobilis & sapientis in mediū
profari, liberū cuiq; cum veritate foret clericulo.
Non mea magnanimo depugnat tessera talo

Seniō nec nostrum cū cane quaſſat ebur
Hęc mihi charta nūces, hęc est mihi charta frītillus
Alea nec dāniūm: nec facit ista lucrum.

Et vt antīq; spectatiōibus iesse (sua opiniōe) vim et lit-
teraturā ſi non anīaduerterent, ſaltem paruile cuiđā
lectioni aliquid operę impenderēt, non tam propense
pyrgo iminentes, Alea quadam festiuā & honesta lu-
ſitarēt, ne ī numerę ſuffecti viderēt q; Baptista memit
cui Pīo cognomētū est in Rudēte Plauti. Tales (iquit)
ſacerdotes eſſe dīt, qui ſicuti templi ſunt antiftites, ita
pbitatū ſint preſides, Nūc meri ſunt gulones, cuppe-
dię ganeicę voraginibus impliciti et mulierofitatis, vt
cū illos videas vultū & palliū vīdere possis. ſacerdotē
desideres, ijs pulchellis coma gradatim ſcāſilis, om̄es
valgiis osculis, calceos follicantes reſpuūt, colobia in-
dignant, manuleatas tunicas appetūt, petis & incrafti-
gatis oculis, quos cū videas, non presbyteros censeas
ſed procos, & quibus in solo viuendi cauſa palato eſt,
verbis Aristideis, opib; Sardanapalicis, vt id verū
ſit ſacerdotium orbī religionē aduexisſe & abſtulisse.
Recolligant tandem mentē & Apollinaris id aureum
dictū memorie teneant. Nam ſacerdotis pater filiusq;
pontificis, niſi ſanctus eſt, rubo ſimiſis efficit, quem de
roſis natū roſaſq; parientem, & genitiſ gignentiſbusq;
floribus mediū pūgentibus cōparanda p̄cīis dumoru-
vallat aſpītas, hęc Pīus. Enixe igit̄ cōſuluimus qui iſta

a ii

sectari non desinūt, uti quam celerrime ociosi redderē
tur ocio inquā Attiliano ut est apud Plinium nepotē.
quod ociari satius est quam nihil agere. utq; ad eā rem
institutōnū Rabani authoris testatissimī lectio ancilla-
retur, qualem clericus quisq;. si se crassa(ut aiunt) non
dedecet Minerua in obstruso esse finet nequaquam.
Curauimus inq; ad cōmunem omniū pmouendorum
usum, impressioni cōmittere hēc pauca regularia. pre-
mittentia ad res sequentes aditū instructiore, tamquā
epitoma & pmptuariū quoddam rationum de rebus
ecclesiasticis, quod author decreti Gracianus legendō
minime neglexit per totam quartam distinctionem de
consecratione, edituri deinceps si hēc placuisse cognos-
uerimus, deo optimo maximo annuēte. Vualafridū &
ipsas egregias institutiōes & fortasse regularia Basiliū.
doctoris in ecclesia nō minus eruditī atq; antiqui simul
ac sancti, quibus tempus fallere nostro quo: professores
rerum ecclesiasticarum queatis, de quibus rationem
reddere plurimi in seipsis noscitandis nihil laborantes
nequeūt. Assumite itaq; pro foribus uestris operiētes
& sedentes libellos, qui ultro occurrūt ut doceāt quid
pontifex: quid unctio & indumenta eius: conferētes.
intra sacrarium cordis uestri quorū meminisse pretiū
est operē uos qui clericatum adipiscimini, ne si ista ne-
gligentes & utrūq; forte maiora quoq; nō conferētes
perinde satis atq; hīj, quorū(ut poeta inquit) Gaudeat
aduersis fœmina uirq; malis. Valete,